



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Sistendi, Et Manvum Iniectione, Qvam Vvlgō
Arrestationem Vocant, Svccincta Explicatio**

Peck, Pierre

Antverpiæ, 1589

Arrestatus an credere apparitori debeat. Cap. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63495)

De Inre Sistendi.

qui ipsū creauit: secus si fuerit creatus à Principe, vel ab alio superiore. Qua de re plura ibi apud eundem Paridem videre licet. Non melatet, quàm sint sepe refractarij, in quos deponendi & remouendi potestatem nō habet vir clarissimus Præfectus vrbis, qui horum opera etiam in summo capitis sui discrimine & vite periculo vti debet. Sed quisquis remouendi potestatem habet vel non habet, vtiq; remoueri eos publicè atq; priuatim expedit. Nam si in officiis suis cum aliorum detrimēto grassentur, vel delinquant, periculum est illius qui hos constituit, & propter malam electionem, his non soluendo existentibus, ex propriis facultatibus damnum illatum refundere tenetur, teste Ioan. Constan. d. loco. Paride de Puteo etiam d. loco c. j. cum c. 2. num. 3. & Ange. ad l. ne diu ff. de pœn.

Arrestatus an credere Apparitori debeat. Caput 25.

ARGUMENTA.

Apparitori an et quando credatur literis sui officij non ostensis. nu. 1. et 4.

Apparitor esse presumitur qui pixidem defert. n. 2.

Offendens Apparitorem non habentem signum, an eodem modo puniatur. nu. 3.

Pro nuncio presumitur in his qua officium eius concernunt. nu. 5.

Mandatum an presumatur. nu. 6.

Apparitori an sit credendum, cōsuetudo docet. n. 7.

VTRVM verò is, qui arrestatus est, credere debeat Apparitori, se Apparitorē esse,

esse, sistendique potestatem habere, asserenti, dubium esse posset. Bartol. in tract. quom. & l. maies. crim. proced. in verb. per nuncium. responder, credendum esse Apparitori, etiam si non ostendat literas sui officij, in loco & iurisdictione intra quam est Apparitor, ca. cum dilecti, de dolo & contu. præcipue si aliquod signum habeat, cuiusmodi alij Apparitores habere solent. Nam eo ipso quod quis defert tale signum, præsumitur quod sit Apparitor. Boer. quaest. 170. num. 4. Innoc. ad c. quoniam contra. de probat. Perus. ad capit. cum parati. coll. 6. num. 10. de appell. Rebuff. ad constitu. reg. tomo 3. tit. de citat. art. j. glo. 2. nu. 3. versi. creditur. Sicut e contra Salicet. ad l. sanctum. ff. de rer. diuisio. & Salicetum etiam secutus Chassan. ad consuetu. Burg. rubri. j. §. 7. num. 25. versicul. pro sexta limitatione. responder, quod si quis offendat, nuncium vel apparitorem non habentem signum, in ea qualitate, hoc est, tanquam offendens nuncium & personam publicam, non punitur: multumque ait signum eiusmodi operari, ut illi qui se apparitorem esse dicit, credatur vel non credatur. glo. ad l. magis puto. §. ne tamen. ad verb. Viatorem. ff. de reb. eor. quamuis aliàs Regiis & prouinciarum executoribus. non nisi ostensis literis, in grauioribus causis credatur, quare de re plura dicto loco, nume. 27. Chassanæus. Sed hæc in citatione verbali dubium vix habent: Nam si Apparitor vel signum istiusmodi habet, vel pluries potestatem hanc sciente

De Iure Sistendi.

debitore exercuit, fidem ei adhibere debet.
Bald. ad l. exemplum, in fin. C. de prob. Abbas
& Felin. ad cap. super his. de fid. instrum. quia
facilis hoc casu est recursus ad ipsum Iudicē, à
quo quæ sit apparitoris illius qualitas cogno-
sci potest, teste Paulo Parisio consil. 17. nu. 11.
libro 4. Ceterum de citatione reali, in qua si
ius scriptum sequaris, causæ cognitio (vt di-
ximus) requiritur, & ad quā expressum man-
datum Iudicis est necessarium, maior esse pos-
set dubitatio, vtrum credatur Apparitori, se
apparitorē dicenti, & mādaturū arrestandi se
habere alleganti. Sunt enim qui id negant;
sunt etiam qui affirmāt ex eo, quod nisi præ-
sumeretur precedens commissio, sequeretur
quod nuncius falsum scienter committeret. l.
qui nomine. ff. de fals. Roma. singul. 3. 13. quæ
quidem præsumptio minimè est accipienda,
5 l. merito. ff. pro soc. & pro nuncio præsumitur
in his quæ officium eius concernunt. l. 2. C. de
execu. & exact. libr. 12, glo. & Doct. ad d. cap.
cum parati. Vtramque sententiam suis argu-
mentis ac rationibus, validè vtrinque sufful-
tam, libr. præsumptio. regul. 3. cap. 14. refert
Alciatus, tandemque etiam opinatur, in reali
citatione, quæ aliqualem causæ cognitionem
desiderat, necessarium esse, vt de ea in actis
cōstet. Sed si Iudex in vim illius realis citatio-
6 nis, ad vltiora procedat: tunc, inquit, præsu-
mi potest mandatum præcessisse. l. si filius fa.
vbi Bald. & Salicet. C. de petit. hereditar. Ego
verò in ea sententia versor, vt existimem ad
leges

leges scriptas quod attinet in citatione reali, quam prehensionem seu arrestationem aut impedimentum rectius dixeris, commissio- nem & commissio- nis illius demōstrationem esse necessariam, vt quis arrestari possit, nisi tamen periculum sit in mora, quod superio- ribus capitibus fufius à nobis dictum fuit. Sed vbi consuetudo diuersa est, vt plerumque hic vbiq; est, periculo arrestari procurantis, ne- cessum est cum qui arrestatur & impeditur, nuncio etiam non ostendenti mandatum pa- rere, modo insignia apparitorum gerat, aut pro tali publicè habeatur; quia consuetudo in his sequenda est. Baldus ad l. neminem. C. de exhib. re. Iason in d. §. quadrupli. & ibi Fab. Idem Bald. ad l. si quando. C. de testibus. 12. q. Cornæus consilio 2. in fin. lib. 4. Qua tamen in re, prudenter cauere solent magistratus, vt intra triduum actio aduersus arrestatum intē- datur, poteritque in eiusmodi rebus eam mo- derationem Iudex adhibere, quam existima- bit proposito negotio maximè cōuenire, arg. l. qui pro tribunali. ff. de re iudi. Porro autem eundem hunc articulum latè suo more expli- cat Tyraquel. de vtroque retract. Latius verò & eleganter Hyppolit. ad l. de vniquoque. nu. 115. cum seq. de re iud. quos si libet vide.

Apparitori referenti se aliquem arre-
stasse, an sit credendum. Cap. 26.

ARGUMENTA.

Apparitores an corā testibus arrestare debeāt. n. 1.

P ij

Appa-